

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber decimus: Ad Cn. Plancum et alios

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1133>

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM

A D

FAMILIAREIS,

LIBER DECIMVS,

A D

CN. PLANCVM, ET ALIOS.

¶ ARG. Invitatur in Antonii potentiam: Plancum hortatur, ut Rempublicam adjuvet: Agit gratias de Furnio honorifice trahere.

Tabfui proficiscens in Graciam: & posteaquam de meo cursu reip. sum voce revocatus, numquam per M. Antonium quietus fui: cujus tanta est, non infolientia (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cujusquam. Itaque mihi maxima cura est, non de mea quidem vita, cui satisfeci, vel xata, vel factis, vel si quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria: sed me patria sollicitat, in primisque, mi Plance, exspectatio consulatus tui: qua ita longa est, ut optandum sit, ut possimus ad id reip. spiritum ducere. Quia porest enim spes esse in ea rep. in qua hominis impotentissimi, atque intertempetarissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua nec senatus, nec populus vim haber ullam? nec leges ullae sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod, ac vestigium civitatis? Sed quam acta omnia mitti ad te arbitrabor: nihil erat, quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia suscepimus non servavi solum, sed etiam auxi: monere te, atque horriari, ut in temp. omni cogitatione cura que incumberet. Quia si ad tuum tempus perducitur: facilis gubernatio est, ut perducatur autem, magnaz cùm diligentia est, tum fortuna. Sed & te aliquando ante (ut spero) habebimus, &c, præterquam quod reip. consulere debemus, tamen tuz dignitati ita favemus, ut omnino nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime & reip. quia mihi carissima est, & amicitia nostra, quam sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. Furnium nos fumus tanti à te fieri, quantum ipius humanitas, & dignitas postulat, nec miror, & gaudeo: teque hoc existimare volo, quidquid in eum iudicii, officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse.

¶ ARG. Excusat, quod in senatum non venerit, augendi ille honoris gratia: officium autem in aliis omnibus pollicetur.

CICERO PLANCO S. D.

ME Vt studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut tuto in senatum, aut honeste

venire potuisssem. Sed nec sine periculo quisquam libere de rep. sentiens versari potest in summa impunitate gladiorum: nec nostra dignitatis videtur esse, ibi sententiam de rep. dicere, ubi me & melius, & proprius audiant armati, quām senatores. Quapropter in privatis rebus nullum neque officium, neque studium meum desiderabis, ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, umquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignificari tue. In his autem rebus, quæ nihilominus, ut ego absim, confici possunt: peto à te, ut me rationem habere ve- lis, salutis, & dignitatis mez.

¶ ARG. Hortatur ad Rempublicam tuendam.

CICERO PLANCO S. D.

Cum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod illum audiens, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in administranda provincia justitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit, & præterea mihi non ignotam in consuetudine, & familiaritate suavitatem tuam adjunxit: præterea summam erga te liberalitatem. Quia omnia mihi jucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, anta aliquantum, quām tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritate tua: confirmata jam xata, familiaritatem cū studiis meo, tum judicio tuo constitutam. His de causis mirabiliter favo dignitati tue: quia mihi tecum statuo esse communem. Omnia summa consecutus es, VIRTUTE DUCIS, COMITE FORTUNA: eaque es adeptus adolescentis, multis incidentibus, quos ingenio, industriaque fregisti. Nunc me amansissimum tui, nemini concedenter, qui tibi veritate necessitudinis posterior possit esse, si audies, omnem tibi reliqua vita dignitatem ex optimo reip. statu acquires. Scis profecto, (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, cum homines existimatorem, te nimis servire temporibus: quod ego quoque existimare rem a te, si ea, quæ patiebare, probare etiam arbitraber. Sed cum intelligerem,

Ccc

quid

^{1.} Vt pessimum ad id, Reip. spiritum ducere.] Vulgo: ad id tempus, led
To tempus ut glofiam ejeci, sollicitatus auctoritate optimi codicis Palatin texti, quicun facit unus ex Galileianis, nemo mihi puto inde iraferatur. Paulò post quoque scripti: sed quum illa omnia missa ad te arbitrabor: quandoquidem effecit in Pal. textu quid, in codicibus aliis quicunq; solemin mutacione. Illud miror, Vctorium editio: sed quum quicunq; omnia omisi, vulgo quade.

^{2.} Te si es, que patibulare, probabiliam arbitraber. Refutē sic Pal. His-

corianus, editio præsa ac Vctoris. Intricatus editiones, si utræqua patibulare, probasse etiam arbitraber. Mox scripti: prævaricatus rep. decessus: quæ scriptura est in Pal. sexto editione Vctor. Pal. vero primum, editio vetusta; textus ad exteriorem oram, duo Galileiani delecta. Editiones diversæ. Tercum post, ex duobus Palatinis, Hittoriano, editione Vctoris atque antiqua excudendum jussi; quæ quæ te arbitraber mentis & præceptum meum egere.

5. 751

quid sentires, re arbitrabar videre quid posses. Nunc alia ratio est, omnium rerum tuum judicium est, idque liberum. Consul es designatus, optimus aetate, summa eloquentia, maxima orbitate reip. virorum talium. Incubibe, per deos immortalis, in eam curam, & cogitationem, quae tibi summam dignitatem, & gloriam afferat. Unus autem est, hoc praestitum tempore, per tot annos rep. devexata, reip. bene gerenda curius ad gloriam. Hac amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quod arbitrari te monitis, & praeceptis egere. Sciebas enim, ex iisdem te hac laurire fontibus, ex quibus ipse hauserem. Quare modium faciam. Nunc tantum significandum putavi: ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Interca, quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose, diligenterque curabo.

G. ARG. Respondet epistola superiori.

PLANCUS CICERO NI.

GRATISSIMA mihi tua littera fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animadverso. Ego autem praeteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante rediisse scivi, quam ex epistola sua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praterire, in quo euendo habeo causas plurimas, vel paterna necessitudinis, vel mea a pueritia observantiae, vel tui erga me mutua amoris. Quare, mi Cicer, quod mea, tuaque patitur aetas, persuadet tibi, te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentia plena, quam suuina est, videntur, quam fidelitatis, quam ego ex mea conscientia minor. Quare si aut sler sentire, certe admonitio tua me reprehendere: aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequeret, quod tu optimum putas. Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? Quae cumque in me bona sunt, aut fortunae beneficio tributa, aut meo labore parva, et si te propter amorem catius sunt estimata: tamen vel inimiciissimi iudicio tanta sunt, ut prater banam tam, nihil desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade: quantum virtibus eniti, consilio providere, auctoritate movere potero, hoc omne reip. semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus: neque, si facultas, operabilis mihi quidem, tui praesensis esset, unquam a tuis consiliis disparem: nec nunc committam, ut alium meum factum reprehendere jure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Galilia citeriore, quid in urbe mense Januario geratur, ut sciам. Interim maximam hic sollicitudinem, curaque sustineo, ne inter aliena vitia gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si proinde, ut ipse mereor, mihi succelerit: certe & tibi, cui maximè cupio, & omnibus vitis bonis satisfaciem. Fac valeas, neque mutuo diligas.

G. ARG. Hortatus Plancum ad iuendam Rempublicam.

CICERO PLANCO S.

BENIAS a te accepi litteras codem exemplorum quod ipsum argumento mihi fuit diligenter tua. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatissima littera perficeretur. Ex quibus cepi fructum duplicum, mihique in comparatione difficulter ad judicandum, amoremne erga me tuum, an animum in temp. plurius ultimandum putarem. EST OMNINO patria caritas, meo quidem iudicio,

maxima: sed amor, voluntatisque conjunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemorationis tuis paterna necessitudinis, benivolentiaeque ejus, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sentientiam pertinebant, & incredibilem mihi latitiam artulerunt. Rursum declaratio animi tui, quem haberes de reg. quemque habiturus essem, mihi erat iucundissima, coque major erat haec latitudo, quod ad illa superiora accedebat. Haque te non hortor solum, mi Plance, sed planè etiam oro, quod feci his litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut rotamente omnique animi impetu in temp. incumbas. Nihil est, quod tibi majori fructui, gloriaque esse possit: NEQ; QVIDQVAM EX OMNIBVS REBUS HUMANIS EST PRAECLARIVS, AVT PRAESTANTIVS, QVAM DE REB. BENE MERERI. Adhuc enim patitur tua summa humilitas, & sapientia, me, quod sentias, libere dicere. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quamquam sine virtute non poruissis: tamen ex maxima parte ea, quae es a deo, fortunæ, temporibusq; tribuuntur. His temporibus difficillimus reip. quidquid subvenieris, id erit totum, & proprium tuum. Incredibile est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te, & in tuo exercitu magna exspectatio. Cujus, per deos, gratia, gloriaque cave tempus amittas. Sic monco, ut filium: sic favo, ut mihi: sic hortor, ut & pro patria, & amicissimum.

F. ARG. Improbatus consilium Planci: pacem armis, non pacione quarendam ait.

CICERO PLANCO:

QVIC locutus est Furnius noster de animo tuo in temp. 5. Quae gratissima fuerunt senatui, populoque Rom. probatissima, quae autem recitat littera sunt in senatu, nequamquam confitente cum Furnii oratione vise sunt. Pacis enim auctor eras, cum collega tuus, vir clarissimus, a fidelissimis latronibus obsideretur: qui aut positis armis pacem petere debent: aut si pugnantes eam postulant, victoria pacis, non pactione parienda est. Sed de pace littera vel Lepidi, vel tua, quam in p. item accepta sunt, ex viro optimo, fratre tuo, & ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impaluit caritas, ut, quamquam nec tibi ipsi consilium desset, & fratri, Furniisque benivolentia, fidelisque prudenter tibi præstò esset futura, vellem tamen mecum quoq; auctoratis, pro plurimis nostris necessitudinibus, praecipit ad te aliquod pervertere. Crede igitur mihi Plance, omnino, quos adhuc gradus dignitatis consecutus es autem a deo amplissimos, eos honorum vocabula, habitus, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Rom. & cum senatus auctoritate coniunxeris. Sejungete, quatuor, aliquando ab iis, cum quibusne non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt. Completes in perturbatione reipub. consules dicti: quorum nem o consulares habitus, nisi qui animo exstitit in temp. consulares. Talem igitur te esse oportet, qui primum se ab in piorum civium, ut diffimiliorum, societate lejungas: deinde & senatui: bonisque omnibus auctorem, principem, ducent Praebeas: postremo, ut pacem esse judices non in armis positis, sed in abiecto armorum, & levitatis meru. Hac si & ages, & senties, tum eris non modo consul, & consularis, sed magnus etiam & consul, & consularis. Si aliter: tua in his amplissimis nominibus honorum, non modo dignitas.

1. Ut ad me mihi expectatissima littera persisteretur. Ita Palatinus primus, Historianus, editio prima ac Victorii: quibus ratiom omnibus precepit scripturam Palatini texti: ut ad me expectatissima littera persisteretur, vulgo: ad me sua responsum.

2. Ad credibilem miti latitacionem attrahens. Ita Palat primus, Stevvech, Historianus editio prima, Victorii. Palatinus sextus postulans quod non negligendum esse iudico. Lambin, suo more, forte ex obli-

quoq; nullismit libris suis, qui nullib; sunt legi aeternae, vulgo attulit. Lanclus aliquot interjacensibus, Palatinus primus, Stevvech, acque imprelio prima scribit: quod illi majoris fructus gloriaque sit p. In fine Epistola, Palatinus primus, tres Gulielmo consulti nulli corserunt & amicissimum, quemadmodum quodque est in editionum primaria: ad cujus oram hanc lectionem adponxit Ignatius: Sic beratur & pri partia propinquuus & amicissimum.

Elegans nulla erit, sed erit summa desonitas. Hæc, impul-
sus benevolentia, scripsi paulo severius: quæ tu in expe-
riendo in ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces.

D XIII. Kal. Aprilis.

T A R G. Brevitatem epistola excusat, & cur serius suum in
Rempublicam fidium patefecerit: Commandat dignitatem suam.

PLANCUS CICERONI.

PLVRa tibi de meis consilii scriberem, rationemque
omnium reddere verbosius, quod magis judicares,
omnia me reip. præstisisti, quæ & tua exhortatione exce-
pi, & mea affirmatione tibi recepi, (non minus enim à te
probatis, quam diligenter volui: nec te magis in culpa
defensorum mihi paravi, quam predicatorum meritorum
meorum esse volui) sed breviorem me duas res faciunt: una,
quod publicis litteris omnia sum persecutus: altera, quod
M. Varisidum, equitem Romanum, familiarem meum, ipsius
ad te transire jussi, ex quo omnia cognoscere posse. Non,
medius fidelis, mediocri dolore affiebar, cum alii occu-
pare possessionem laudis viderentur: sed usque mihi tem-
peravi, dum perducere rem, ut dignum aliquid &
consulatu meo, & vestra exspectatione efficerem. Quod
spero, si me fortuna non refelleret, me consecuturum: ut
maximo prædio reipub. nos fuisse, & nunc sentiant ho-
mines, & in posterum memoria teneant. A te peto, ut di-
gitiata mea suffrageris: &, quarum terum spe ad laudem
me vocasti, harum fructu in reliquo facias acriorem.
Non minus posse te, quam vello, explutatum mihi est.
Fac valeas, meque mutuò diligas.

T A R G. Defensum se libertati profiteri, nam et id
fuerit, & causas habuerit. De exercitu suo & Republica statu
significat.

PLANCUS IMP. CONS. DES. S. D. COSS. PR.

TRIB. PLEB. SEN. POP. PL. Q. R.

SI cui sorte videor diutius & hominum exspectationem,
spem reipub. de mea voluntate renuissim suspensum:
hunc prius excusandum me esse arbitror, quam de inse-
quenti officio quidquam ulli politendum. Non enim præ-
teritam culpam videri volo redemissi: sed optima mentis
cogitatio janepidem, maturo tempore enuntiari. Non me
præteribat, in tanta sollicitudine hominum, & tam per-
turbato statu civitatis, fructuissimam esse professionem
bonarum voluntatis: magnoisque honores ex ea te compluteis
consecuto videbam. Sed, cum in eum casum me fortuna
demissem, ut aut celeriter polliciendo, magna in spe ad pro-
ficiendum impedita opponerem: aut, si in eo mihi
temperavimus, maiores occasiones ad opitulandum habe-
rem: expeditius iter communis salutis, quam ræca laudis,
esse volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea est, & ab ea
vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum
ea spe, quam in manibus habeo, aut sordidum quidquam
pati, aut perniciose concupiscere potest? Sed aliquan-
tum nobis temporis, & magni laboris, & multa impensa
opus fuerunt, ut qua reip. bonisque omnibus politicer-
nur, exitu præstaremus: neque ad auxilium patria nudi-
cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus.
Confirmandus erat exercitus nobis, magnis saepe præmis
sollicitatus, ut ab reip. potius moderata, quam ab uno
infinita speraret. Confirmanda complures civitates, quæ
superiore anno largitionibus, concessionibusque præmo-

rum erant obligatae: ut & illa vana putarent, & eadem &
melioribus auctoribus petenda existimarent. Elicendæ
etiam voluntates reliquorum, qui finitimiis provinciis ex-
ercitibusq; præfuerunt: ut potius cum pluribus sociis atque
defendenda libertatis inimicis, quam cum paucioribus

& funestam orbi terrarum victoriam partiremur. Munen-
di vero nosmet ipsi fuimus, aucto exercitu, auxiliisq; mul-
tiplicatis: ut, cum præferremus sensus aperte, rum etiam
invitis quibusdam, sciri, quid defensu essemus, non el-
set periculose. Ita numquam dissipabor, multa me, ut
ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse
invitum, & dissimulasse cum dolore: quod prematura de-
nuntiatio boni civis impatati, quam periculosa esset, ex
casu collegaz videbam. Quo nomine etiam C. Furnio lega-
to, viro fortia que strenuo, plura etiam verbo, quam scri-
ptura, mandata deditus: ut & tecum ad vos perferrentur,
& nos essemus tuiores: quibusque rebus & communem
salutem muniri, & nos armari conveniret, præcepimus.
Ex quo intelligi potest, curam reip. summa defendundæ
jampridem apud nos excubaverit. Nunc, cum deum beni-
gnitate ab omni re sumus paratores, non solum bene spe-
rare de nobis homines, sed explorare judicare volumus.
Legiones habeo v sub signis, & sua fide, virtuteque rei-
pub. conjunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequen-
tes. Provinciam, omnium civitatum consensu, paraissimam
& summa contentione ad officia certantem: equi-
tatus, auxiliorumque tantas copias, quantas hæc gentes ad
defendendam suam salutem, libertatemque confidere pol-
sunt. Ipse ita sum animo paratus, vel provinciam tueri, vel
ire quo respub. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, pro-
vinciamque: ut vel omnem impetum belli in me conver-
tere non recusem, si modò meo casu aut confirmare patriæ
salutem, aut periculum possim morari. Hæc si jam expe-
ditis omnibus cebus, tranquilloq; statu civitatis pollicor;
in damno meæ laudis, recip, commodo latarob. fin ad so-
ciatem integrorum & maximorum periculorum ac-
cedam: consilia mea æquis judicibus ab obrectatione in-
vidorum defendenda commendo. Mihil quidem ipsi stu-
ctus meritorum meorum in reip. incolumente satis ma-
gnus est paratus. Eos vero, qui meam auctoritatem, &
multo magis vestram fidem fecuti, nec ulla spe decipi, nec
ullo metu terret potuerunt, ut commendatos vobis ha-
beatis, petendum videtur.

T A R G. De studio erga Rempublicam: de dignitate sua
quid egitur, quid aeternus sit, qualem exercitum ducat, significat.

PLANCUS CICERONI, S.

NINI me tibi temere, aut te ceteris de me frustra re-
cepisse fator. Certe hoc majus habes testimoniū
amoris mei, quo maturius tibi, quam ceteris, consilia mea
volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri ac-
cessiones, & prævidere te speso: cognituum magis recipio.
Quod ad me attinet, mi Cicer (ita ab imminentibus ma-
lis respub. me adjuvant liberetur) sic honores, præmiaque
vestra suscipio, conferenda certe cum immortalitate, ut
sine his nihil de meo studio, perseveranteque sum remissu-
rus. Nisi in multitudine optimorum civium impetus ani-
mi mei fuerit singularis, & opera præcipua: nihil ad meam
dignitatem accedere volo suffragatione vestra. Concupisco

Ccc 2 autem

1. Sed aliquantum rebus, tempori & magni latitudo, & multa impensis opus
fuerunt. I. Vulgo coru'kerunt, opus fuit: prout quia eos non obvia fla-
tim offendit & ad semere mutantur præcipites agunt. Ita habet Pa-
lat. primus, sextus. Variianus, tres Gulielmiani: & Historianus. Lam-
binus quoque hic tacere potuisse: Immane quantum homo temera-
tus est! post statim ex Pall. quatuor Gul. editione principi, scripsi,
Ehijade, non ut vulgatus, adscende.

2. Fuerunt ubi tertium videretur partire. Ita Palatinus sextus,
Historianus, Victoria editio. Palatinus vero primus, Stevvechia-

nus, editio princeps, patremur, unde Gulielmus, forte, patremur: sed
nihil opus ad hanc nostram, vulgo, patremur ex glossa: ali patremur
quod probat Lambinus, habet lib.

3. Prævidere te speso. Non video, quid hic agat vulgatum prævide-
re nostram & res & quatuor miss. Palatinus, primus, sextus. Historianus,
Stevvechianus, prima editio. Initia epistolæ delevi verbum scri-
ppte instantibus illud Palatinus, Stevvechiano, Historiano, Vatica-
no, & Victoria editio.

autem nihil mihi contra quod ipse pugno, & temporis, & tui te moderatorem, facile patior esse. Nihil aut fero, aut exigue a patria civi tributum potest videri. Exercitum ad sextum Kal. Majas Rhodanum traxi, magnis itineribus. Vienna equites mille via breviore praevisi. Ipse si ab Lepido non impedar, celeritate satisfaciam, & si autem itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco & numero, & genere, & fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo. Vale.

T. A.R.G. Coboratur ad rem publicam adjuvandam.

CICERO PLANO.

Etsi satis ex Furnio nostro cognoram, quæ tua voluntas, quod consilium di repub. esset; tamen, tuus litteris lestis, liquidius de toto sensu tuo judicavi. Quam obrem, quamquam in uno prelio omnis fortuna reipub. discepit: quod quidem, cum hæc legeres, jam decreatum arbitrabar fore; tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Itaque si consularem Roma habuissimus, declaratum esset ab senatu cum suis magnis honoribus, quam grata cibet conatus, & apparatus tuus. Cujus rei non modo non prateriti tempus, sed ne maturius quidem etiam nunc, meo quidem judicio, fuit. **I**S ENIM DENIQUE HONOS MIHI VIDERIS OLET, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magistratus claris viris defertur, & datur. Quare, si modò aliqua respub. in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. **I**S AVTEM QUÆVERE APPELLARI POTEST HONOS, non invitamentum ad tempus, sed perpetua virtus est præmium. Quamobrem, mihi Plancus, incumbe toto pectore ad laudem; subveni patriæ: opitulare collega: omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adjuva. Me tuorum confidorum adjutorem, dignitatem fautorum, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumque, cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos a more sumus, officiis, veterate conjuncti, patriæ caritas accessit: eaq; efficit, ut tuam vitam anteferim mex. III. Kalendas Aprilis.

T. A.R.G. Ciceronis officia sibi grata esse commemorat: Studium in Rem publicam pollicetur.

PLANCUS CICERO

IMMORTALEIS ago tibi gratias, agamque dum vivam. Nam reciatrum me, affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non video mihi respondere posse: nisi forte (ut tu gravissime, diftertissimeque scripisti) ita sensuræ, ut me referte gratiam putes, cum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisse. Prima tua tentatio infinitus cum numeribus: posteriores, ad tempus, arbitriumque a nuncorū meorum composita: oratio assida, & perpetua de me jurgia cum obrectatoribus propter me, notissima mihi sunt. non mediocris adhibenda mihi est cura, ut reipub. me civem dignum tuis laudibus prestem: in amicitia tua memorem, atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tue: & me, si, quem est voluisti, eum exitu, rebus que cognoscis, defende, ac suscipe. Cum Rhodanum copias traxi, fratremque cum tribus milibus equitum præmissum, ipse iter ad Mutinam dirigerem: in itinere, de prelio facto, Brutoque, & Mutina obsidione liberatis, audiui. Animadvertis, nullum alium receptum Antonium, taliisque, quæcum eo essent, habere, nisi in his parti

1. Si autem itineri meo se opposuerit. 2. Elegantisima lectio usurpata Victoria, & ex Vaticano codice erata. Vulgo: si autem in itinere meo apposuerit, in fine epistolæ edidi; 3. Si minus te falliturum sis ex Palatinis, Vaticani excerptis, editione princeps ac Victoriana. Alias visitar: si raro me falliturum id sis.

2. Litterarum ad me missarum præmissa meminisse. 3. Tenuit hanc contra Rhodiginam & Victoriem, & duis Palatinis, optimi codices. Et mihi nullo modo videatur aliquid mutandum. Primoque tamen editio, præmissa. & Stevovichianus codex: præmissa meminisse: quæ addidicimus, non ut Rhodignum, quem novissimus mirificum emendationum & explicationum cœcum omnia iura confundentem, adjuvamus: sed ex diversitatibus hanc & libris esse constatare, quām in suis non invane-

bus / duasque ei spes esse proposita: unam Lepidi ligata, alteram exercitus. Quod quadam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi. Ipse in Allobrogibus constitui, ut proinde ad omnia paratu essem, ac res moneret. Si nudus huc se Antonius conseret: facile mi video per me sustinere posse, remque publicam ex velitra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur. si vero copiarum aliquid secum adducet: & si decima legio veterana, que nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me: idque me præstatum spero, dum istinc copias trahiantur, conjunctaque nobiscum facilius perditos oppriment. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum, nec diligentiam mibi defuturam. Cupio merheculies nullam residuum sollicitudinem esse. Sed si fuerit, nec animo, nec benivolentia, nec patentia cuiusquam, pro vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad hujus rei societatem incitem: omniaque ei obsequia politice, si modo rem, respicere volet. Ut in hac re adjutoribus, interpretibusque, fratre meo, & Laterente, & Furnio nostro. Non me impedit privata offensiones, quo minus pro reip. salute, etiam cum inimicissimo consentiam. Quod si nihil profecero, nihilominus maximo sum animo: & majore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciem. Fac va- leas, meque inmutu diligas.

T. A.R.G. Letteras Planci Senati gratissimas fuisse: ad recu- perandam Reipublicam libertatem portatur.

CICERO PLANO.

Etsi reipub. causa maximè gaudere debeo, tantum ei te præsidii, tantum opis attulisse extremis pænitentiis: tamen ira te victorem complectas, tē recuperata, ut magnam partem mihi latitiae tua dignitas afferat, quam & esse jam, & futuram amplissimam intelligo. Cave enim putes ullas umquam litteras graviores, quam tuas, in senatu esse recitatas. Idq; contigit cum meritorum tuorum in reipub. eximia quadam magnitudine, rura verborum, sententiarumque gravitate. Quod mihi quidem minime novum, qui & te nossem, & tuarum a litterarum ad me missarum promissa meminisse, & haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita. sed senatu majora visa sunt, quæ erant expectata: non quod umquam de tua voluntate dubitasset: sed nec, quantum facere posles, nec quoad progredi velles, exploratum sat habebat. Itaque cum ad vii. idus Aprilis, manu mihi tuas litteras M. Varifidius reddidisset, easque legisset: incredibili gaudie sum elatus: cumque magna multitudo, optimorum viorum, & ciuium me domo deduceret, fecit continuo omnes participes mea voluptratis. Interim ad me venit Munatius noster, & ut consuerat: at ego ei litteras tuas: nihil dum, enim sciebat: nam ad me primum Varifidius: idq; sibi à te mandatum esse dicebat. Paullo post idem mihi Munatius eas litteras legendas dedit, quas ipsi miseras, quas & eas publicè placuit, ut statim ad Cornutum pætorem urbis litteras defereremus: qui, quod consules aberant, confulare munus sustinebat more majorum. Senatus est continuo convocatus, frequens convenit propter famam, atque expectationem tuarum litterarum. Recitatis litteris, oblatâ religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum aufpicis operam dedisse. Idque à nostro collegio

rat post Politianum doctissimum Herruriz sive. Paulli post duo Palatini, prima editio, Peckio excerpta. Stevy'senatu majora visa sunt, quæ erant spissata, ut epistola 14. Pall. duo Gulielmii: epipliæ spissata, idem suas litteræ.

3. Ut consuerat: at ego ei litteras tuas: nihil dum, &c. Ita Pall. Stevvechianus, præcita editio. Vulgo: ut consuerat, & ego ei litteras tuas dedi. paulo item post ex Pacino sexto ex Hittoriano editio: quæ ipsi miseras, quas publicè licet publicetur: & eas quas publicè. Delicti iuridice ex eisdem libris rōbus. Iterum mox libentem legem ex duobus Gulielmianis: sonatas conciagæ concavatæ, frequenti cœrvini, recivitis vaculis nihil.

collegio comprobatum est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die magnam huius pro tua dignitate contentio cum Servilio: qui cum gratia efficeret, ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit: neque sententia, quæ secunda pronuntiata erat, cum frequenter assentiretur senatus, rogatu Servilius P. Titius intercessit. Res in posterum dilata. Venit paratus Servilius, Jovi ipsi iniquus: cuius in tempore res agebatur. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abjecerim: ex aliorum te litteris malo cognoscere. Unum hoc ex meis: senatus gravior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. Nec vero tibi senatus amicior, quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus R. universus, & omnium generum, ordinumque consensus ad liberandam rem publicam conspiravit. Perge igitur, ut agis, nomine tuum commenda importunitati: atque hæc omnia, quæ habent speciem gloriae, collecta inimicissimis splendoris insignibus contemne, & brevia, fucata, caduca existima. VERVM DECUS IN VIRTUTE POSITUM EST, QUAE MAXIME ILLUSTRATUR MAGNIS IN REM MERITIS. Eam facultatem habes maximam, quam cum complexus es, & tenes, perfice, ut ne minus reip. tibi, quam tu reip. debes. Metu dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. Id cum reip. quæ mihi vita est mea carior, tum nostra necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contulisti ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitis mihi T. Munatii prudentiam, & fidem, magis etiam perspexi in ejus incredibili erga tebenientia, & diligentia. III. idus Aprilis.

¶ ARG. Scribit de Senatus consilio, in sententiam Plantis factis: Hortatur, ut reliquias bellis Antoniani conficiat.

CICERO PLANCO.

VITIUM primum potest data est augendæ dignitatistu, nihil prætermisi in te ornando, quod potius est aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso senatus consulo poteris cognoscere, ita enim est prescriptum, ut à me de scripto dicta sententia sit, quæ senatus frequens sequitur eum summo studio, magnoque consensu. Ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi misisti, perspexeram te magis iudicio bonorum, quam in signibus glorie delectari: tamen considerandum existimavi, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à repub. deberetur. Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppreserit, is bellum consernit. Itaque Homerus non Ajacem, nec Achilles sed Ulyssem appellavit τολμητος.

¶ ARG. Laudat Plancum, quod celeri auxilio Brutum collegam adjuverit. Hortatur ut beli reliquias extinguat.

CICERO PLANCO. S.

GRATIAM famam biduo ante vitoriam, de subdito tuo, de studio, de celeritate, de copiis. Atque etiam hostibus suis, spes omnis in te est. Fugilis enim ex pectio Murinensi dicuntur notissimi latronum duces. EST AVTEM non minus gratum extrema delere, quam prima depellere. Evidem spectabam jam tuas litteras, idque cum multis sperabamque etiam, Lepidum reipub. temporibus admonitus, recum, & reipub. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Planco, ut ne qua scintilla terribilis belli relinqatur, quod si exstet factum: & rem divino beneficio afficeris, & ipse aeternam gloriam consequere D. II. Non. Maj.

¶ ARG. Quid ezeris & quid agas in Antonio opprimendo, exponit.

PLANCUS CICERONI.

HIS litteris scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad 15 tempus, putavi pertinere. Sedulitas mea, (ut spero) & mihi, & reipub. nulli fructum. Namque assiduis internumtibus cum Lepido egri, ut, omissa omni contentione, reconciliataque voluntate nostra, communis consilio reipub. succurreret: se, liberos, urbemque pluris, quam unum perditum, abjectumque latronem putaret: obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. Profeci itaque per Latensem internumtum, fidem mihi dedit, se Antonium, si prohibere provincia sua non potuisset, bello persecuturum: me, ut venirem, copiasque conjungetem, rogarit: coequemagis, quod & Antonius ab equitatu fuisse esse dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ea paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitus, cunctatus non sum in cursu bonorum consiliorum: Lepidum adjuvandum putavi. Adventus meus quid profecturus esset, vidi: vel quod equitatu meo persequi, atque opprimere equitatum eius possem: vel quod exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta est, & ab repub. alienata, & corrigere, & coercere praesentia mei exercitus possem. Itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte uno die facto, exercitum ad quartum idus Maii traduxi. Cum vero mibi nuntiatum esset, L. Antonium præmisum cum equitibus, & cohortibus ad Forum Julii venisse: fratrem cum equitatu quatuor millibus, ut occurreret ei, misi ad v. idus Maii. Ipse maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subfequar. Si nos mediocris modo fortuna reipub. adjuverit: & audacia perditorum, & nostra sollicitudinis hic finem reperiemus. Quod si latro, præcognito nostro adventu, ruinus in Italiam recipere coepit, Brutus erit officium, occurre re ei: sui scio nec consilium, nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam à vastatione defendat. Fac valcas, me que mutuo diligas.

¶ ARG. Gratissimas senatus fuisse Planci literas: Eam se sententiam in Senato dixisse pro Planci, cui omnes assenserint: Monet, ut in subito suo consilio utatur, & ne senatus sententiam expellet.

CICERO PLANCO.

IN HIRI post hominum memoriā gloriōsius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso oportuniū accidere vidi, quam tuas, Plance, literas. Redditæ sunt enim frequenti senatu Cornuto, cum is frigidas lare, & inconstanter tecitas sit litteras Lepidi. sub eas statim recitatæ sunt rur, non sine magnis quidem clamoribus. Cum rebus enim ipsis essent & studiis, beneficisque in reipub. gratissimis; & tum erant gravissimis verbis, & sententiis. Flagitare senatus institutum Cornutum, ut referret statim de tuis litteris. Ille se considerare velle. Cum ei magnum convictioni fieret cuncto à senatu: quinque tribuni plebei reculerunt. Servilius rogatus, tem distulit. ego eam sententiam dixi, cui sunt assensu ad unum, ea quæ fuerit, ex senatus consulo cognosces. Tu, quamquam consilio non egis, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huic reiicias: neve in rebus tam subitis, tamque angustis a senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis senatus.

CCC. 3

quocum-

^{1.} Bravia, fucata, caduca existimata.] Elegantes mihi gratias agent ob relictum hunc ex Palatino sexto loco: sic enim exferis litteris, syllabis, conceptus habet. Hitterpi quoque liber fucata agnoscit. Palatinus vero primus, fogaria, vulgo, bravia, fogaria, & caduca existimata, superius statim edidit ex Palli, duobus, Gulielmianis, editione Victorii, quachous species gloriae collecta existimata, splendoris in figura, ut atque quam lectionem Lambini afferentis, ex binis, ut ait, Memorianis collitam existimata, inferioris vero nihil placet: Palatini & Stevovichiani scri-

ptura, quam complexus est, tene, perfice.

2. Πολλαπλοστον.) Viribus eversorem sive vastatorem.

3. Tum erant gravissima verbis & sententiis. Flagitari. Alii sententiae plene. Lambinus postscriptas pro plebe sed illud vocabuli subdictum & Ciceronem esse fateatur; reciendum tamen aut negligendum non arbitrari. Quid non Tulliana in Tullio? stuporem hominitis; Abdant id certe Pall. Stevovich. Hitt. Vatic. atque dudum Victorius. sive & illud ait vel dicit statim post.

quocumque te ratio reip. ducet, sequare. Cures, ut ante factum aliquod à te egregium audiamus, quām futurum putarimus. Illud tibi promitto, quidquid à te erit factum, id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum, comprobaturum.

*G ARG. De statu belli. De fratre à se dimisso.
PLANCUS CICERONI.*

ANTONIVS Id. Maj. ad Forum Julii cum primis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad Forum Voconii castra habet: qui locus à Foro Julii quattuor, & viginti millia passus abest: ibique me experitare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra & ipse, & fortuna servarit: recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confectionum. Fratrem meum, assiduis laboribus, concubitationibusque confectionum, graviter se habuisse, antea tibi scripsi: sed tamen, cum primū posse ingredi ceperit, non magis sibi, quām reipub. se convallis exsistans, ad omnia pericula princeps esse non reculabat. Sed ego eum non solum horatus sum, verum etiam coegeri illō profici: quod & illa valitudine magis confidere se, quām me juvare posset in castris: & quod acerbissimo interiti consulum tempus nudatam, tali civi pratore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si qui vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidilitatem. Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, i quo obside, fide illius, & societas in rep. administranda uteretur. Studium mihi suum L. Gellius, de tribus fratribus Segaviano probavit: quo ego interprete novissimè ad Lepidum sum usus. Amicum eum reip. cognosse videor: libenterque ei sum testimonio, & omnibus ero, qui benē merentur. Fac valeas, me que mutuo diligas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benivolentia fe. isti.

*G ARG. Narrat, quibus ex causis ad Lepidum proficiatur.
PLANCUS CICERONI.*

QUID in animo habuerim, cū Lævus, Nervaque discesserunt à me, & ex litteris, quae ei dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus, consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudem, & cupido satisfaciendi reipubl. bonisque omnibus accidere solet: ut consilium sequeretur periculorum magis, dum me probarem, quām tutum, quod kabere posset obrectationem. Itaque post discessum legatorum, cū binis continuis litteris & Lepidus me, ut venirem, rogaret, & Laternenis multò etiam magis propè implorans obtestaretur: non ullam rem aliam extimescens, quām eandem, quā mihi quoque facit timorem, varietatem, atque infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putavi, quin succurserem, meque communī periculo offerrem. Sciebam enim, & cauti illud erat consilium, expsectare me ad Ilaram, dum Brutus trajiceret exercitum: & cum collega consente, sicut milites faciunt, hostibus obviam ire. Tamen si quid Lepidus bene sentiens, detrimeti ciperret, hoc omne assignatum iuri aut pertinacæ meæ, aut timori videbam, si aut hominem offendens mihi, conjunctum cum reipubl. non sublevassem: aut ipse à certamine belli tam necessarii me removissem. Itaque potius periclitati votui,

si possem mea presentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quām nimis cautus videri. Sollicitiorē certe hominem non suis contractis, neminem puto sufficere. Nam, qua res nullam habebat dubitationem, h̄ exercitus Lepidi abiit: ea nunc magnam afferat sollicitudinem; magnaq; habet cālum. Mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Anthonio, non mehercules horam constituerit, tam ego & mihi confido: & sic percussas illius copias, Ventidiique Mulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, & si quid intra eum subest vulnus, quod prius nocere potest, quām sciri, curariq; possit. Sed ceteris nī uno loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magna ea pars exercitus adiret, qua bene de rep. sentit. Magnam etiam perdit hostes accessionem sibi fecerint, si quas copias à Lepido abstraherent. Quia si adventus meus precesserit, agam gratias fortuna, constantiaque meæ, quæ ad hanc experientiam excitavit. Itaque ad xii. Kal. Jun. ab Ilara castra movi: pontem tamen quem in Ilara fecerat castellis duobus ad capita politis, reliqui: praedicti; ibi firma posui, ut venienti Bruto, exercitusq; ejus sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis me conjungam.

G ARG. De gratiarum actione Planci. De litteris Planci ad senatum. Plancum hortatur, ut reliquias belle conficiat.

CICERO PLANCO.

QUAM QVAM gratiarum actionem à te non desidero, tamen, cū te ipsa, atque animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi p̄-rjudicata, sic enim vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, quid antea? Semper equidem, sed numquam illuftrius. Littera tua mirabiliter grata sunt senatu, cū rebus ipsiis, quæ erant gravissime, & maximè fortissimi animi, summiq; consili: tum etiam gravitate sententiarum, atque verborum. Sed, mi Plance, incube, ut bellis extrema pericias, in hoc erit summa & gratia, & gloria. Cupio omnia reipubl. causa: sed, mehercules, in ea conservanda, jam fatigatus non multò plus patria faveo, quā tu gloria: cuius maximam facultatem tibi di immortales, ut spero, dedere: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium opprescerit, is hoc bellum tētērrimum, periculissimumque conficerit.

G ARG. De Lepidi incerta voluntate. Hortatur, ut Antonium operimur.

CICERO PLANCO.

IT A erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, ut quid ad te scriberem, non occurseret. Modò enim quæ vellemus, de Lepido, modò contrà nuntiabantur. De te tamen fama constans, nec decipi posse, nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam: alterum proprium est prudenter tua. Sed accepi litteras à collega tuo, datas idibus Majis: in quibus erat, te adscripsiisse, à Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scriperis. sed minus aedes fortasse propter inanem latitudinem litterarum superiorum. 3 Verum, ut errarem, id Plancus voluit (quis enim id effugerit?) sic decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc vero etiam jam erroris causa sublata est. Culpa enim illa, 3 AD EYND E M, vulgariter reprehensa proverbio est. Sin ut scripsi ad collegam,

ita

1. Quæ obiit fide illius & sociatarum.] Ita Palatinus primos. Sextus tanquam fidei, sed cum nota expunctionis elementi i. Miror improbitatem Lambini, qui hoc loco Victorii emendationem verisimam & eruditissimam quum omniz alia ejusdem vilcaus suis singulis abstulerit, ignorarit. O littera, ò humanitas, si vos soletis homines immitare! Quid mulier! Ita quoque Vaticani excerpta: vulgus, imperita, sive velleians obliquavit: fide illius & sociatarum, &c. Mox statim Iego ex Victorii editione & Palatino primo: studium mihi suum L. Gellius, de tribus fratribus Segaviano probavimus: cum lextus habeat: Ita, 3 studium mihi suum L. Gellius d. 1. fr. segaviano. Vaticanus: studium mihi L. Gellius, editiones vero: studium in ita re suum L. Gellius de tribus fratribus Segavianis.

2. Si quid intraret subtili vulneris.] Delitium quondam sive Gallus Cl. Puteanus, malebat ulteri; jureque præterea carpit Lambinum, paulo ante reponentem: hominem rauisib; sive male centrali, plane contra Planci sententiam.

3. Verum ut errarem, id Plancus relinquit.] Defendat vulgatam & amplectatam Lambinum: verum ut errarem, mi Plancus, posuit, mihi illa potest est, quam reperi in Palatino primo (nam in lexico aliquot harum epistolarum defuit) & Vaticani excerptis: quam cum sic in Mediceo incidisset. Egnatius, legebat: Verum ut errarem id Plancus relinquit, qui in iis id se fugeret, aut se decipi te non potuisse quæ non videt. Additum sensum esse ironicum & à centrali.

3. Ad

Ita se res haberet, omni cura liberati sumus: nec tamen erimus prius, quam ita esse nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te scripti, haec sententia est: Qui reliquias hujus belli oppresserit, eum totius belli constructorem fore: quem te & opio esse, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus certe nulla esse majora potuerunt, tibi tam grata esse, quam ego putavi fore, minimè mitor, vehementerque later. Quæ quidem tu, si recte istuc erit, majora, & graviora cognoscet. Quarto Kalendas Junias.

G A R G. Lepidum Antenio conjunctum nuncias. Novas copias postulas. Dignitatem suam commendas.

PLANCUS CICERONI.

PUDERET me inconstantia mearum litterarum, si non haec ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare Lepido conjuncto ad temp. defendendam, minore sollicitudine vestra, perditis resisterem. Omnia ei & pertinent recepi, & ultra pollicitus sum, scripique tibi biuo ante, confidere me, bono Lepido esse usum, communique consilio bellum administraturum. Credidi chirographis ejus: affirmationis praesentis Laterensis: qui tum apud me erat, reconciliaremq; ne Lepido, fidemq; haberem, orabat. Non licuit diutius bene de cōspicere. Illud certe cavi, & cavebo, ne mea credulitate reip. summa fallatur. Cum Iaram flumen, uno die posito effecto, exercitum traduxisset, pro magnitudine rei celebratatem adhibens, quod petierat per litteras ipse, ut maturaret venire: præsto mihi fuit stator ejus cum litteris, quibus, ne venire, denuntiabat, se posse per se confidere negotium, interea ad Iaram expectarem. Indicabo temeratum meum consilium tibi: nihilominus ite decrera, exilians cum socium gloriz vitare. Putabam posse me: nec de laude jejuni hominis delibare quidquam: & subesse tamen propinquos locis, ut, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego non malus homo hoc suspicabar. At Laterensis vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi litteras, meisque desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensq; se destitutum; in quibus aperte denuntiat, videam, ne fallat, suam fidem solutam esse: reip. ne delim. Exemplar ejus chirographi Titio misi. Ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea, quibus fidem non habendum putavi, Lævo Cispio dabo perferenda: qui omnibus his interfuit rebus. Accessit eo, ut milites ejus, cum Lepidus concionaret, improbi per se, corrupti etiam per eos, qui præsumunt, Canarios, Rufenosque, & ceteros, quos, cum opus erit, scietis, conclamari viri boni, pacem se velle, neque esse cum illis pugnaturos, duobus jam consulibus singulareb. occisis, tot civibus pro patria amissis, hostibus denique omnibus judicatis, bonisque publicatis: neque hoc aut vindicarai Lepidus, aut sanarai. Huc me venire, & duobus exercitibus conjunctis objicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima, principes Gallia, provinciam cunctam, summa dementia, & temeritas esse vidi: mihique, si ita oppressas essem, remq; publicam mecum prodidisse, mortuo non modo honorem, & sed misericordiam quoque defuturum. Itaque redditurus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. Ut exercitum locis habeam opportunis, provinciam tuear, etiam si ille exercitus delicerit, omniaque integra servem, dabo operam, quoad exercitus hue summittatis, parique felicitate temp. hic vindicetis. nec depugnare, si occasio tulerit:

nec obliteri, si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit, pro vobis, paratior, fuit quisquam. Quare horor te, mi Cicerone, exercitum hue trajiciendum quam primum cures, & matures prius, quam hostes magis corroborentur, & nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita, respublica in possessione victoria, deletis sceleratis, permanebit. Fac va-les, meque diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum ci-tem, & ad omnia paratissimum, excusum litteris, qui ex la-bole in febriculam incidit assiduum, & satis molestam. Cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco resp. delit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet, habeo te & amantissi-um mei, & quod optavi, summa auctoritatis. Tu videris, quantum, & quando tuum munus apud me velis esse. Tantum te rogo, in Hirriti locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meam observantiam.

G A R G. Respondet Plancus, agri dividendi prefici cupiendo.

CICERO PLANCO.

INTE, & in collegio omnis spes est, diis approbatibus. ²² Concordia vestra, qua senatus declarata litteris vestris est, mirifice & senatus, & cuncta civitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria: si consultus senatus esset, ut quisque honorificissimam de te sententiam dixisset, eam fecutus essem: qui certe ego fuisset. Sed proprietatitudinem sententiarum, moramque terum, cum ea, que consulebantur, ad exitum non pervenirent: commodissimum mihi, Plancusque fratri vobis est, ut eo, quod he nostro arbitrio componeretur, quis fuerit impedimento, ar-bitror te ex Planci litteris cognovisse. Sed si in senatus-consulto, sive in ceteris rebus desideras aliquid: sic tibi persuade, tantum esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Litteras tuas vehementer exspecto & quidem taleis, qualeis maximè opto. Vale.

G A R G. Sed Lepido deceptum, se copias illi opposuisse, se ab Orlavia auxilia petere.

PLANCUS CICERONI.

NUMQVA M mehercules, mi Cicero, me panitebit ²³ maxima pericula pro patria subire, dum, si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum si umquam Lepido ex animo credidisse. CREDULITAS ENIM ERROR EST MAGIS, quam culpa: & quidem in optimi cuiusque mentem faciliter irrepit. Sed ego non hoc vitio panem sum deceptus. Lepidum enim pulchre noram. Quid ergo est? Fudor me, qui in bello maximè est periculosus, hunc casum coegerit subire. Nam, si uno loco essem, verebar, ne cui obreceptorum videber & nimium pertinaciter Lepido offendens, & mea patien-tia etiam atere bellum. Itaque copias propè in conspectum Lepidi, Antoniique adduxi, quadragintaque millium passuum spatio relato confedi, eo consilio, ut vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem. Adjunxi hæc, in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem: in quo mora transitus esset: Voconii sub manu ut essent, & per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, desperato ad ventum meo, quem non mediocriter capiabat, se cum Antonio coniunctus ad i.v. Kal. Junias: eodemque die ad me eastra moverunt: viginti milia passuum cum absentiis, miles mihi nuntiata est. Dedi operam deum benigilate, ut & celeriter me recuperem, & hic discessus nihil fugax si-

1. Nœc de laude jejuni hominis delibare.] Sic edidit Victorius, extarque hæc lectio in Palatino primo, vulgo delibetare, unde Lambinus delibetatu magno applausu fecit, exponiisque delibetare pro detrahere & diminuere.

2. Misericordiam quoque defusuram.] Hoc loquendi genus dudum A. Gallius: eleganter eruditus hic quoque Victorii sagacias afferat, invenioque sic in excerptis. Quid moneo, ne quis in talia nouissimis editionis incident: σφάλματα typothecarum existimet. vulgo: defau-

ran, sicut Epikola sequenti: Tantum esse apud imitantes bonis sui caritatem ex Vaticani excerptis & editione Victori restitu: vulgo saepe.

3. Per quorum loca mihi fideliter patet iter.] Nihil hic mutandum: licet Palatinus sextus initio tenuerit: mihi pater & frater, quemamo-dum fuisse in Hirriti, adiutavit Gulielmus: & inde legat: Per qua-rum loca mihi fideliter patet iter: & frater. Utinam adiutori iterationes ex-narratae eramus eas cerneret. In Medio fermè epistole quoque con-jectat: la que aucta tamen interpellans.

mile haberet: non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum smitteretur, aut ab illis ferentibus latronibus intercipetur. Itaq; pridie nonas Junias omnes copias Ilaram traxi, ponteisque, quos feceram, interrupi, ut spatiis ad colligendum se homines haberent, & ego me interea cum collega coniungerem: quem triduum has dabam litteras, exspectabam. Laterensis nostri & fidem, & animum singularem in tempore semper fatebor. Sed certe nimis ejus indulgentia in Lepidum, ad hanc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem cum in fraudum se deductum videret, manus, quas justius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus & adhuc vivit, & dicitur viximus. Sed tamen de hoc mihi parum certum est. Magno cum dolore particidarum elapsus sum his, veniebant enim eodem furore in me, quo in pattiis, incitati. Iracundias autem harum rerum recenteis habebant: quod Lepidum castigare non desisteram, ut extingueret bellum: quod colloquia facta improbabam: quod legatos, fidei Lepidi missos ad me, in conspectum venire vetaveram: quod C. Catium Veltinum, tribunum militum, missum ab Antonio ad me cum litteris, excepteram. In quo hanc capio volupatem, quod certe, quo magis me petiverunt, tanto maiorem his frustratio dolore attulit. Tu, mi Cicer, quod adhuc fecisti, idem praesta: ut vigilanter, nervoseque nos, qui stamus in acie, fibornes. Veniat Caesar cum copiis, quas habet firmissimas, aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus mittatur: cuius ipsius magnum agitur periculum. Quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne jam convenit. Pro urbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur? Quod si vos istic non defueritis, profecto, quod ad me accinet, omnibus rebus abunde reipub. satisfaciam. Te quidem, mi Cicer, in dies, mehercules, habeo cariorem: sollicitudineq; meas quotidie magis tua merita exaucent, ne quid aut ex amore, aut ex judicio tuo perdam. Opto ut mihi licet jam, praefenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere jucundiora. Octavo idus Jun. & Cuja-zone: ex finibus Allobrogum.

PLANCUS IMP. CONS. DESIGN. S.D.
CICERONI.

G. ARG. Beneficiorum se memorans pollicetur. Copias suas narrat. Subsidia Orla vii peti, cumq; quasi res publica parum amans, amans carpis.

FA CERA non possum, quin in singulas res, meritaque tua, tibi gratias agam. Sed ruerercale facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantum tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vilium munere defungar orationis: & malo praesens observantia, indulgentia, assiduitate, memorem meibi probare. Quod simili vita contigerit, omnes gratias amicitias, atq; etiam propinquitates, in tua obliterantia, indulgentia, assiduitate vincam. Amor enim tuus, ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptratis, quotidie sit allaturus, non facile dixerim. De militum commodis, fuit tibi cura: quos ego non poterit mea causa (nihil enim me non salutariter cogitare scio) ornari vo-

lui à senatu: sed primū, quod ita meritos judicabam, deinde, quod ad omnes causas conjunctiores reip. esse volunt. Novissime, ut ab omni omnium sollicitatione avertos eos, talis vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus. Quod conflitum nostrum, eti, quanta sit aviditas hominum, non sine causa, talis vitoris, scio: tamen vobis probati ipso. Non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subdita resp. habet expedita, & quibus subito impetu, ac latrocinio parricidarum resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In castris meis legiones sunt veterana tres: tironum vel luculentissima ex omnibus una: in castris Brutii una veterana legio: altera bima: octo tironum. Ita universus exercitus, numero amplissimus est, firmitate exiguis. Quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium tæpe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum, sive Africanus exercitus, qui est veteranus, sive Caesaris accessisset, a quo animo summam temp. in discrimen deduceremus. Aliquantò autem proprius esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus. Nihil deinde cum litteris hotat: neque ille intermisit affirmare, se sine mora venire: cum interim aversum illum ab hac cogitatione ad alia consilia video se contulisse. Ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis, histerique misi, si quid forte proficeret posset. Scis tu, mi Cicer, quod ad Caesaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum: vel quod in familiaritate Caesaris, vivo illo, iam tueri eum, & diligere fuit mihi necesse: vel quod ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi, atque humanissimi fuit sensus: vel quod ex tam insigni amicitia mea, atque Caesaris, hunc filii loco, & illius, & vestro iudicio substitutum, non proinde habere, turpe mihi videtur. Sed, quidquid tibi scribo, dolenter meherculè magis, quam inimicè facio. Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus unā est, quod exercitus habent non contempnendos, quod sperant, quod audent: omne Caesaris acceptum referre possunt. Neque ego superiora repetam. Sed ex eo tempore, quo ipse mihi profectus est se venire, si venire voluisse, aut opprimum jam bellum esset, aut in aversissimam illi Hispaniam cum detrimento eorum maximum detrusura. Quae mens eum, aut quorum consilia à tantâ gloria, sibi vero etiam necessaria, ac salutari, avocatit, & ad cogitationem consulatus bimestris, summo cum terrore hominum, & insula cum efflagitatione transtulerit, exputare non possum. Multum in hac re mihi videntur necessarii ejus, & reip. & ipsius causa proficeret posse: plurimum, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quanta nemo, prater me, numquam enim oblitus, maxima, ac plurima me tibi debere. De his rebus, ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Quod si, quantum debo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum juvare. Nos interea diutiore conditione bellum sustinuimus, quod neque expeditissimam dictionem putamus: neque tamen refugiendo commissari fumus, ut majus detrimentum reip. accipere possit. Quod si aut Caesar se resperxerit, aut Africana legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo, propriece tuum esse, tibi persuadeas. V. Kal. Sexti, ex castris.

G. ARG.

1. Legatus fidei Lepidi missus ad me, in conspectum venire veteraveram.] Ita edidit Victorius, neque alter in Palatino primo. nam quod vulgo Lepidi dimisit viriolum est, præcedentique vocabuli extrema syllabi adhuc posteriori. Vulgo excusum est, dimisit ad me in conspectum reveraveram. Paullus post, ex Palatino primo ex editione Victoriana (nam ex Medicina hanc lectionem attulit, quam ad primam quoque amplexione novat Ignatius) ex Hittoriano lego: missum ad Antonium ad meam litteris exciperam, quanquam in Palatino sexto, primo erat, acceptum, sed exceptum rebus. Videatur Caesar libro I. Belli civilis. Idem lib. III. Virgilius Buc. II.

Nonne ego te vidi? Damnum, peccatum, capram
Excipere infidem.

Vulgatum est: missum ad Antonium ad meum cum litteris interpretarau.

2. Gratus.] Scaliger conjectit Cardanus; idemque monuit Gruterum per epistolam Lindbergi, aliudque miss. in quibus Cujas.

3. Quibus subito impetu ac latracione parriciderem resista.] Ita elegansissime ac probissime Palatinus sexsus, Hittorianus, Stevchenianus, ut ex Medicina adnotat quoque P. Vict. Propert. lib. II. Tantum de posteris tradere prima manus: & plura apud Paffetarium, Plorium, aliosque. sic Virgilius sentit, pro sentit, vulgo, impensis.

G. ARG. Praetura perunda pro properam festinationem reprehendit in Furnio.

CICERO S. D. FURNIO.

Si interest, id quod homines arbitrantur, resp. te, ut, instituisti, atque fecisti, navare operari, rebusque maximis, quae ad extinguendas reliquias belli pertinent, interesse: nihil videris melius, neque laudabilius, neque honestius facere posse. Itamque operam tuam, navigationem, animum in tempore publicain celeritati praeturae anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis; mihi crede, proximam Planci, idque ipsius Planci testimonio, præterea fama, scientiaque omnium. Quamobrem si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximo opere confeo persequendum. Quid enim honestius, aut quid honesto anteponendum? Si autem latifactum reipubl. putas, celeriter ad comitem, quam mature futura sunt, ventendum censeo: dummodo ne quid hac ambitione festinatio aliquid inimicorum ejus gloria, quam consecutus sumus. Multi clarissimi viri, cum teipubl. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus; ut, si diu satis fuiles, post biennium tuus annus effet. Nunc nihil prætermittere videbere usitati, & quasi legitimi temporis ad perendum. Video autem, Planci consule, et si etiam sine eo rationes expeditas haberet; tamen splendidiorem petitionem tuam, si modo ista ex sententia confecta esset. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium, judiciumque sit, arbitrabar non ita necesse; sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam. Cujus est hoc summa, ut omnia te metiti dignitate malum, quam ambitione: maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis quam in celebritate praeturae. Hæc èdem locutus sum domi meæ, adhibito Q. fratre meo, & Cecina, & Calvisio, studiosissimis tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset, omnibus probati videbatur oratio mea. sed tu optimè judicabis.

G. ARG. Gratulatur de Narbone pugna evitata. De Planci & Brutis concordia. Diffudet praetura petitionem.

M. CICERO S. D. C. FURNIO.

Letris tuis litteris, quibus declarabas, aut omittendos Narbonenses, aut cum periculo dimicandum, illud magis timui: quod viratum non moleste fero. Quod de Planci & Brutis concordia scribis, in eo vel maximam spem pongo victoriam. De Gallorum studio, nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maximè excitatum sit. Sed jam (mihi crede) cognovimus. Itaque jucundissimus tuis litteris stromachatus sum in extremo. Scribis enim, si in Sextilem comitia, citè te: sin jam confecta, cistius, ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti, qui alienas iam facile dilicas! Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, ut aut ad comitiam curras: aut si jam confecta, i doni tua sis, ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis. Non arbitror te ita sentire, omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te, quam de te judicium reprehendo meum. Te adipisciendi magistratus levissimi, & divulgatissimi, si ita adipiscere, ut plerique, præ propera festinatio abducere a tantis laudibus, quibus te omnino in calum jure, & vere fecunt? Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxi-

ma prætorias, non ut ita de rep. mereare, omni honore ut dignissimum judicere? Utrum necis, quam alte ascenderis? an pro nihil id putas? Si necis, tibi ignosco: nos in culpa sumus. Si intelligis: ulla tibi est prætura, vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego & Calvius, homo magni judicii, ruique amantissimus, te accusamus quotidie, Comitia tamen, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multissime de causis reipubl. arbitramur conducere, & in Januari mensis protinus. Vincere igitur, & vale.

G. ARG. Accusat ut immemorem beneficiorum. Diffudet, ne cum Antonio pacem conciliet.

CICERO LEPIDO, SAL.

Quo d mihi, pib summa erga te benivolentia, magna cura est, ut quam amplissima dignitate sis, molestie tuis, te senatus gratias non egisse, cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter cives conciliatrix te cupidum esse latior, cam si à servitute se Jungis, consules & reipubl. & dignitati ux. Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restituita est, hoc animo scito omnis sanos, ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neque senatus, neque populo, nec cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex aliis, aut certior fies litteris. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis,

G. ARG. Doles se participem corporationis in Cesarem non fuisse; ut & Antonium, uno non fuisse interficuum; studium libertatis recuperanda declarat.

CICERO TREBONIO, SAL.

Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus Martis invitatas reliquiam nihil haberemus. At nunc cum his tantum negotii est, ut vestrum illud divinum in tempore beneficium non nullam habeat querelam. Quod vero à te, viro optimo, seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pessis, interdum, quod mihi vix fas est, tibi subiurascor. Mihi enim negotii plus reliquisti unius, quam præter me, omnibus. Ut enim primum post Antonii secundissimum discessum senatus haberi libertè potuit, ad illum animi meum reverti pristinum, quæ tu cum civi acertrimo, patre tuo, in ore, & amore semper habuisti. Nam cum senatum ad xii Kalendas Januarias tribuni pleb. vocavissent, deque alia referentes: totam rem publ. sum complexus, eisque acertrime, senatumque jam languentem, & defessum, ad pristinam virtutem, confutitudinemque revocavi, magis animi, quam ingenii viribus. Hic dies, meaque contentio, arque actio, spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandæ. Nec vero ipse postea tempus illum intermisit de republ. non cogitandi solus, sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas, atque omnia ad te perfetti arbitraretur, ipse perscriberem: quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognoscet ex aliis: à me pauca: & ea summatis. Habemus forem senatum: consulates partim timidos, partim male sentienteis. Magnum datum factum est in Servio. L. Caesar optimè sentit: sed quod avunculus est, non aceritas dicit sententias. Consules egregii: præclarus D. Brutus: puer egregius Caesar, de quo spero equidem reliqua. Hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos sceleriter conscripsisset: legionesque

Ccc 5

dux

1. Deni sua fæsi, ne in maximo periculis. 2. Ita hanc locum Vix edidit extubato vocabulo scilicet quod post fæ & ante se injectum hæferat. At Stev. & Pal. primus tibi jugulat. Mih., ut facit Pal. sextus, hæc verba omnia unco trahenda, videtur: scilicet ne cum maximo periculis, ne scribis, stultissimus sis: nam ex superioribus ab aliquo scilicet consula, & sic invoca lunt.

2. In Januarii mensis protinus. 3. Coactus sum cedere majori confusi in hac lectio admittenda, videlicet Palatino oratione, Stev. Vaticani excerptis, editioni Victoriana & revera aptis est quam vulgarium editionum protendimus, certamente tamen illud Palatino Sexto, & Hippocrate proficiente, producimus. In precedente epistola Pal. sexto, & Mitt. ita scribunt illum locum: si autem efficiat sapientiam putat.

4. GALBA

dux de exercitu Antonii ad ejus se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset tunc Antonio: nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteritum fuisse. Hec tibi, et si auditæ esse arbitrabaris, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

G. De suo erga Appium exulanten studio scribito.

CICERO APP IO.

DE meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam, credo te cognoscere litteris tuorum: quibus me cumulatissime satisfacie certò scio: nec his concedo, quamquam sunt singulari in te benivolentia, ut te salvum malint, quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quam ipsi, hoc tempore prodesse possum: quod quidem nec destiti facere, nec desistam: & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci salutis tuz. Tu fac bono animo, magnoque sis, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie nonas Quintilicis.

G. ARG. Superatum ad Mutinam Antonium scribit.

I GALBA CICERONI

SAL.

DECIMO SEPTIMO Kalend. Maji, quo die Panis in castris Hirius erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obviam processeram millia passus centum, quod matruis veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, & quintam tricelam, & cohortes prætorias duas, unam suam, alteram Silani, evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quatuor legiones tironum habens solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego præfessus lebam, & duas cohortes prætorias militer Hirius nobis. Cum equites Antonii apparuerint, contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriae poterunt: quas sequi cœpimus coacti, quoniam eis retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat: neque scribi volebat, se legiones habere: tantum equitatum, & levem armaturam ostendebat. Postea quām vidit, se invito, legionem ire Panis, sequi se duas legiones jussit tironum. Postea, quām angustias paludis, & silvarum transivimus, acies est instruta à nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duas; repente Antonius in a ciem suas copias de vico produxit: & sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex ultra parte pugnari: & si dexterius cornu, in quo eram cum Martiæ legionis cohortibus orto, impetu primo fugaverat legionem tricesimam quintam Antonii, ut amplius passus ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque cum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi, & levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros aggredierentur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniumque post me esse aliquantò repente equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex castris, scuto rejecto. Antoniani me insequi: noſtri pila conjicere velle. Ita nescio quo fatu sum servatus: quod sum citio à noſtri cognitus. In ipso Amilia, ubi cohors Casaris prætoria erat, diu pugnatum est. Cornu sinistrius, quod erat infirmius, ubi Martia legio nis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quod ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes se receperint nostri ordines, recipere me novissimus cœpi ad castra. Antonius, tamquam victor, castra putavit eis posse capere. Quod cum venit, complureis ibi amilis, nec egit quidquam. Audita re, Hirius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasque ejus omnes de-

levit, fugavit codemque loco, ubi erat pugnatum ad forum Gallorum. Antonius cum equitibus hora noctis quartæ in castra sua ad Mutinam recepit. Hirius in ea castra rediit, unde Panis exierat, ubi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. Sic partem majorem suarum copiarum Antonius amisit veterinarum. Nec id tamen sine aliqua jaſtura cohortium prætorianarum noſtratum, & legionis Martis fieri potuit. Aquis duæ, signa sexaginta lumi relata Antonii. Res bene gesta est. Ad XII. Kalendas Maji, ex castris.

G. ARG. Excusas moram studi in Rem publicam per litteras nondum declaravi: te tamen resp. studijs meo eff.

C. ASINIUS POLLIO. CICERO N. D.

MINIMA mirum tibi debet yideri, nihil me scripsisse de rebus postea quām itum est ad arma. Nam salutus Caſtilonenis, qui semper tenuit noſtris tabellarios, etiā nunc frequentioribus larrociniis infestor factus est: tamen nequaquam tanta in mora est, quanta, qui locis omnibus dispositi ab ultraque parte scrutantur tabellarios, & retinent. Itaque nisi nave perlata litteræ essent, omnino nescirem, quid istuc fieret. Nunc vero nactus occasione, posteaquam navigari cœptum est, cupidissime, & quām crebrexim potero, scribam ad te. Ne moveare ejus sermonibus, quem tametsi nemo est, qui videre velit, tamen nequaquam proinde, ac dignus est, oderunt homines, periculum non est. Ad eo est enim inimicus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea, & studia trahunt me ad pacis, & libertatis cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli sapientie. Cum vero non licet mihi nullius partis esse: quia utrobius magnos inimicos habebam: eascaſta fugi, in quibus planè ruttum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. compulsius ed, quod minimè volebam, ne in extremis essem, planè pericula non dubitanter adi. Cesarem vero, quod me in tanta fortuna, modo cognitus, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate, & fide. Quæ raea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maximè probaret. Quod jussus sum eo tempore, atque ita feci, ut appetaret invito imperatum esse. Cujus facti injustissima invidia erudit me potuit, quām iucunda libertas, & quām misera sub dominatione vita esset. Ita, si id agitur, ut rutilus in potestate omnia unius sint: quicumque est, ei me proficit inimicum. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Sed consules neque senatus-confulti, neque interis præcepserint mihi, quid facerem. Unas enim post idas Martias deumum à Panis litteras accipi, in quibus hortatur me, ut tenaciuſ scribam, me & exercitum in potestate ejus futurum. Quod cum Lepidus concionaret, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. Nam quibus comitibus, invito illo, per illius provinciam legiones ducet? aut, si cetera transiſsem, num etiam Alpeis poteram transvolare, quæ præſidio illius tenentur? Addi huc, quod perterriti litteræ nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutuntur: deinde etiam retinentur à Lepido tabellarii. Illud me Corduba pro concione dixisse, ne vocabit in dubium, provinciam me nulli, nisi quæ ab senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione trigesima tradenda quantas habuerim conciones, quid ego scribam? Qua tradita, quanto pro republ. infirmior futurus fuerm, quis ignorat? Hac enim legione, noli acrius, aut pugnacius quidquam putare esse. Quare eum me existima esse, qui primum pacis cūpidissimus sim: omneis enim civiles planè studeo esse fallos, deinde, qui & me, & temp. vindicare in libertate paratus sim. Quod fami-

L. GALBA CICERONI SAL.) Hanc inscriptionem invenimus in optimis codicibus nostris, neque aliter edidit Petrus V. Alli Sergius Galba scribunt. Lamb. SER. GALBA. Nos nihil neque à libris neque à V. decedere volumus.

L. GR.

familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. Invideo illi tamen, quod ambulat, & jocatur tecum. Quæ res, quanti æstimem, si umquam licuerit vivere in otio, experieris. Nullum enim vestigium abs te recessus sum. Illud vehementer admixtor, non scripsisse te mihi, manendo in provincia, an ducendo exercitum in Italiæ, reip. magis satisfacere possum. Ego quidem, et si mihi tutius, ac minus laboriosum est, manere, tamen quia video tali tempore multò magis legionibus opus esse, quam provinciæ, quæ præsterrit recuperari nullo negotio possum, constitui, ut nunc est, cum exercitu profici. Deinde ex litteris, quas Pansa misi, cognosces omnia. nam tibi earum exemplar misi. xviii. Kal. April. Cordubæ. Vale.

*G. ARG. De Balbi flagitiis & suis in remp. studio.
C. ASINIUS POLLIO, CICERO NI.*

Bulus quæstor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis actionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus, & triduum tempestate retentus ad Calpen, Kal. Junii trajecti sese in regnum Bogudis, plane benepe culiatus. His rumonibus utrum Gadeis referatur, an Romanum, (ad singulos enim nuntios turpissimè confilia mutat) nondum scio. sed præter furtæ, & rapinas, & virgines casus socios, hæc quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem, quæ C. Cæsar. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, histrionem, summo ludorum die anulo aureo donatum, in xiiii. sessum deduxit. tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuorviratum sibi prorogavit; comitia biennii biduo habuit, hoc est, renuntiavit, quos ei visum est. exfusiles reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus à seditionis scematus trucidatis, aut expulsus est. Sex. Vario proconsule. Illa vero iam ne Cæsar quidem exemplo: quod ludis prætextam de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem sollicitandum posuit. Et quidem cum ageretur, levit, memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoribus autem Fadium quendam, militem Pompejanum, quia, cùm depresso in ludum bis gratis depugnasset, auctore se se nobebat, & ad populum congerat: primum Gallos equites immisit in populum: (collecti enim lapides sunt in eum, cùm abriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo: & vivum combussit: cùm quidem prætus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum rejectis, inambularet, & illi misero quintanti, c. a. NATUS SUM: responderet. Abi, nunc populi fidem implora. Bestias vero civis Romanos, etiam in his circuitorum quendam auditionum, notissimum hominem Hispani, quia deformis erat, obiecit. Cum humuscemodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura coram. Nunc, quod præstat, quid me velius facere, constituite. Treis legiones firmas habeo: quatum unam vicefimam octavam cum ad se initio belli accessisset. Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum: in victoria vero eadem præmia, quæ suis legionibus (quorum quis ullam sñem, aut modum futurum putavit?) incitatissimam retinui, ægræ mehercules; nec retinuisse, si uno loco habuisse, utpote cum singula quædam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non desstitut litteris,

atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec verò mihi Lepidus urit me & suis, & Antonii litteris, ut legiūnus trigesimali misterem libi. Itaque quem exercitum neque vendere ulli præmis volui, nec eorum periculum metu, quæ vistoribus illis portendebantur, diminuere, debetis existimare retentum, & conservatum reipub. esse: atque ita credere, quodcumque imperassetis, factum fuisset, si, quod iustis, feci. Nam & provinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus mez provinciæ nusquam excessi. Militem non modo legionarium, fed ne auxiliariorum quidem ullum quoquam misi: & si quos equiteis decadenteis nactus sum, supplici affecti. Qarum rerum fructum sati magnum republika salva tulisse me putabo. Sed respublica, si me sati noviset, & major pars senatus; maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cùm etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam prætextam, si voles legere. Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. vi. idas Junias, Corduba.

*G. ARG. Deplorat prallum ad Mutinam saltum.
POLLIO, CICERO NI, S. P.*

SV. B E. E. Q. II. Quotardiū certior fierem de pce-³³ illis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios, novem dies retinuit: tamen eti tantam calamitatem reipubl. quā tardissimè audire optandum est: sed illis, qui prodeesse nihil possunt, neque nederi. Atque utinam eodem senatus consulo, quo Plancum, & Lepidum in Italianum accessisset, me quoque iussisset venire, profecto non accipisset respubl. hoc vulnus, quo si qui latrantur præstant, quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interiisse, tamen postmodum necesse est dolcent, cùm vastitatem Italiam respexerint. Nam & tobar, & soboles militum interiit: si quidem, quæ nuntiantur, illa ex parte sunt. Neque ego non videbam, quanto usi reipubl. esse futurus, si ad Lepidum venissem. omnem enim cunctationem ejus discussissimè, præsternit adjutor Plancus. Sed scribenti ad me ejusmodi litteras, quas leges, & concionibus, videlicet, quas Narbone habuisse dicitur, & similis, palmarer planè necesse erat, si vellem commeatus, per provinciam ejus iter faciens, habere. Præterea verebat, ne, si ante, quā ego inceptra perficerem, prælium conjectussem est, pium meum consilium transparent in contraria patem obrectatores mei, properant amictiam, quæ mihi cum Antonio, non major tamen, quam Plancus fuit. Itaque à Gadibus mense Aprili binis tabellariis in duas naveis impositis: & tibi, & consulibus, & Octavianio scripsi, ut me faceretis certiorem, quoniam modo plurimum possem prodeesse reipubl. Sed, ut rationem ineo, quo die prælium Pansa commisit, eodem à Gadibus naves profectæ sunt. Nulla enim post hiemem fuit ante eam diem navigatio. Et hercules longè remotus ab omni suspitione futuri civilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram. Ita porro festinavit uterque configere, tanquam nihil pejus timerent, quā sine maximo reipublica detrimento bellum componeretur. sed, si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio gesuisse Hirtium video. Nunc hæc mihi scribunt ex Gallia Lepidi, & nuntiantur, Pansa exercitum conciū esse: Pansam ex vulnibus

^{1.} Circularem quendam auxiliorum.) Ita Pall. & vulgaris editiones. Victorius edidit aliam, nec video ab eo reddi rationem. At Virius nobis ex aliquo libro protrudit *Aeneorum*, videurque ei nōmen proprium fuisse ejus, de quo loquitur. utinam libri nostri adserintur.

^{2.} Similic palmates plane nesciisse erat. Exsistat hæc scriptura in Palatino primo ac Gruteriano, quam ex suis quoque indicavit Victorius: quem suorum, alias tam librorum & antiquitatis religiosum, hic libantur.

lentientibz sumphista, ut illegitimum, quia rarum ell, putaret, irresque obtrolum nobis palpaver, quod illico Lambinus: de quo quiescunt præmis dixerunt, minus erit, in texum recipit. Adhæso ergo hic Manutius. Fucillissimum verò Stephanus in *Vita Jejunis* schedasmatis audire parcer, præsternit adversus Manutium pro Lambino mentientem. Vulgarum est: simileta: similes plane nesciisse erat. Stevchianus quoque & Palat. Sext. palmarer. prælia editio: palma rem.

seribus mortuum: eodem proelio Martiam legionem interisse, & L. Fabatum, & C. Pedaicum, & D. Caeruleum. Hirtino autem proelio & quartam legionem, & omnes perque Antonii cafas: item Hirtii. Quartam vero cum castra quoque Antonii cepisset, a quinta legione concitam esse. Ibi Hirtium quoque periisse, & Pontium Aquilam: dici etiam Octavianum cecidisse. Quia si (quod dili prohibeant) vera sunt: non mediocriter doleo: Antonium turpiter Mutina obcessionem reliquisse, sed habere equitum * legiones sub signis armatas treis, & P. Bagienni unam, inermis bene multos. Ventidium quoque se cum Legione septima, octava, nona conjunxit: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema: & non modo nationes, sed etiam servitia concitatutum: Partam direptam: L. Antonium Alpeis occupasse. Quia si vera sunt, nemini nostrum cessandum est, nec expetandum, quid decernat senatus. Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani salvum volunt esse. Brutum enim cohorteis XVII. & duas non frequenteis tironum legiones, quas conscriperat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui supersint de Hirtii exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu non mulsum spei puto esse: prae tertium cum nihil sit pericolosius, quam spatiū confitandi fesse, Antonio dati. Anniversum tempus libertatem maiorem mihi dat, propterēa quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt. Itaque proximis litteris consilium meum expedietur. Nam neque deesse, neque superesse reipubl. volo. Maximè tamen doleo, adeo & longo, & infelix itinere ad me veniri, ut die quadragesimo possem, aut ultra etiam, quam facta sunt, omnina nuntientur.

*¶ ARG. Monet adveniente Antono quid egatis: Agit
gratias quod iniqui deserumoribus fidem non habuerit.*

M. LEPIDUS IMP. ITERUM, PONT. MAX.

M. T. C. S. P. D.

¶ S V. B. E. E. V. Cum audissim, Antonium cum suis copiis, præmisso L. Antonio cum parte equitatus, in provinciam meam venire: cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra movi, ac contra eos venire instrui. Itaque continuis itineribus ad Forum Voconium veni, & ultrà, castra ad flumen Argenteum i contra Antonios feci. P. Ventidius suas legiones treis conjunxit cum eo, & ultra me castra posuit. habebant ante legione secundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum. Nam omnis ex proelio integer decepsit, ita ut sint amplius equitum. * Itaque ad me complures milites, & equites ab

eo transierunt: & in dies singulos ejus copias minuuntur. Silanus, & Culleo ab eo discesserunt. Nos eti gravior ab his lassi eramus, quod contra nostram voluntatem ad Antonium ierant: tamen nostra humanitas & necessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera utinam: neque in castris habemus, neque ulli negotio praefecimus. Qued ad bellum hoc attiner, nec senatus, nec reipublica decessimus: qua postea egerimus, faciam re certiorum. Et si omni tempore summa studia officii, mutuo inter nos certatim constituerunt, pro nostra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conservata sunt: tamen non dubito, in tanto, & tam repentinō reipubl. motu quin nonnulla de malis rumoribus à meis obrectatoribus, me indigna, ad te delata sint, qua tuum animum magno opere moverunt, pro tuo amore in rem publicam. Ea te moderate accipisse, neque temerè credendum judicasse, à meis procuratoribus certior sum factus: qua minime, ut debent, gratissima sunt. Memini enim & illa superiora, qua abs tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendas, & ornandas: qua perpetuè animo meo fixa manebunt. Abste, mi Cicero, magnopere pero, si meam viam, & studium diligenterissime superioribus temporibus in republica administrastra, qua Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes: & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debebo. Vale, d. XI. Kalendas Junias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

¶ ARG. Recepit Antonii causam in suos milites confortans, dissensionem eorum inquit serentes.

LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D.

SENAT. POP. PL. Q. R.

S V. liberique vestiti v. b. e. q. v. Deos hominesque testor, patres conscripsi, qua mente, & quo animo semper in temp. fuerim, & quam nihil antiquius communī salute, ac libertate judicarim: quod vobis brevi probalem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus observandis, communique pace, seditione facta, reuinuit: meque tantæ multitudinis civium Romanorum salutis, atque incolumentis causam suscipere, ut verè dicam, coegerit. In qua re ego vos, patres conscripti, oro, atque obsecro, ut privatis offenditionibus omisis, summa reipubl. consulatis, neve misericordiam nostram, exercitusque nostri, in civili dissensione, sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium, ac dignitatis rationem habueritis: melius & vobis, & reip. consuleatis. Data IIII, Kal. à Ponte Argenteo. Valete.

M. TUL-

¶ Centra Antonius feci.) Læctionem hanc utpote verisimilam debemus excerptis Vaticanis: cum Vix ediderit Antonius, ex isteque vulgo, Antonianus. Sic epistola præcedente Hirtilio prælia, pta quo vulgatum Hirtilianus. Sic libro XII Ep. 14 ut videbimus.